Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



CONFESSIO NON SEMPER PENITENTIA SED GRATIARUM ACTIONEM SIGNIFICAT UT IN PSALMIS SEPISSIME LEGIMUS. AUDIANT QUI SALUATOREM NON NATUM SED CREATUM CALUMPNIANTUR QUOD PATREM SUUM UOCET CELI ET TERRE DOMINUM. SICUT ENIM ET IPSE CREATURA CONDITOREM SUUM PATREM APPELLARE POTEST. STULTUM FUIT NON ET SUUM ET CELI ET TERRE DOMINUM UEL PATREM SIMILITER APPELLARE. QUIA ABSCONDISTI HEC A SAPIENTIBUS ET PRUDENTIBUS ET REUELASTI EA PARUULIS. BRAS AGIT ET EXULTAT IN PATRE QUOD APLIS ADUENTUS SUI APERUERIT SACRAMENTA QUE IGNORAUERUNT SCRIBE ET PHARISEI QUI SAPIENTES UIDEBANTUR ET IN CONSPECTU SUO PRUDENTES. IUSTIFICATA EST SAPIENTIA A FILIIS SUIS. HA PAT. QUOMODO SIC PLACUIT ANTE TE. BLANDIENTIS AFFECTU LOQUITUR AD PATREM. UT CEPTUM IN APLIS BENEFICIUM COMPLEAT. OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO. ET TRADENTE PATREM ET ACCIPIENTE FILIUM MYSTICE INTELLEGE. ALIOQUIN SI IUXTA NRAM FRAGILITATEM SENTIRE UOLUERIS. CUI CEPIT HABERE QUI ACCIPIT. INCIPIET NON HABERE QUI DEDERIT. TRADITA AUTEM SIBI OMNIA NON CELUM ET TRA ET ELEMENTA INTELLIGENDA SUNT ET CETERA QUE IPSE FECIT ET CONDIDIT. SED HIIS QUI PFILIUM ACCESSUM HABENT AD PATREM ET ANTEA REBELLES DEUS POSTEA SENTIRE CEPERUNT. ET NEMO NOUIT FILIUM NISI PAT. NEQUE PATREM QUIS NOUIT NISI FILIUS. ET CUI UOLUERIT FILIUS REUELARE. ERUBESCAT ENOMIUS TANTAM SIBI NOTICIAM PATRIS ET FILII QUANTUM ALTERUTRUM INTER SE HABENT UENDICANS. QUOD SI INDE CONTENDIT ET SUAM CONSOLATUR INSANIAM QUA SECTATUR ET CUI UOLUERIT FILIUS REUELARE. ALIUD EST NATURE EQUALITATEM NOSSE QUOD NOUERIT. ALIUD REUELANTIS DIGNATIONEM. UENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS. ET EGO UOS REFICIAM. GRAUIA ONERA PECCATA SUNT ET ZACHARIAS PPHA TESTATUR INIQUITATEM DICENS SEDERE SUPER TALENTUM PLUMBI. ET PSALMISTA CONPLORAT DICENS. INIQUITATES MEE AGGRAUATE SUNT SUPER ME. UEL CERTE EOS QUI GRAUISSIMO LEGIS IUGO PREMEBANTUR AD EUANGELII MURAT GRAM. IUGUM ENIM MEUM SUAUE EST. ET